que dixi in hac glo.i.in fi.no. ꝙ index in executione ſnīe dꝫ adhibere cāe cognitionē ⁊ iſtud idē no.gl.i.in.l.intra vtile.ff.de mino.⁊ ꝙ requiraſ cāe cognitio ſatis ꝓbaſ.q2 videmus ꝙ ad impediendā executionē ſnīe multe exceptiones pñt opponi de qbus ꝑ glo.in .l.i.C.de iur.⁊ fac.igno.⁊ diceſ in.l.intra.j.eod. ¶ In gl.in ver.indicato.ibi duoꝝ menſiū an ſit verū dicā in.d.l.debitoribus.dicatis ꝙ.d.l.debitoribus ſolum loqſ de tpe ꝙ datur ad vendendū pignus captū ꝓ executione ſnīe ideo nō ꝓbaſ ibi de tpe qḋ nullo mō pōt ꝓcedi ad executionē ſnīe vñ magis cōiter dicimus ꝙ olim nō erat bene claꝝ ꝙ̄tuꝫ tps erat illud ſed videbaſ arbitrariū ſed hodie eſt introductū ꝙ ſit quadrimeſtre. verū q2 hoc pēdet ab intellectu.d.l.debitoribus.ideo ꝙ̄tū ad ħ reſeruo ibi dicendū non eſt tñ magne vtilitatis poſtꝙ̄ hodie determinatū eſt ꝙ eſt quadrimeſtre. ¶ † In glo.in ver.coartat. ⁊ de hoc an poſſit ꝓrogari vel artari dilatio ꝑ iudicē varie vñr fuiſſe opi.prima fuit Iac.de are.ꝙ aut dilatio indulgeſ a lege ſine iudicis miniſterio.vt in termino dato ad appellādū vel ad ꝓſequendū appellationē vt in auc.hodie.C.de app.vel in termino dato in.l.fi.C.de tempo.in integ.reſti.pe.cū fi.⁊ iſta non poſſit mutari.c.indultū.de reg.iur.li.vi.facit.l.i.ibi neqꝫ enim ꝑtoris ff.de fer. Fallit niſi lex indulgeret ſupplēdo defectū iudicis quia tūc cū cā poſſet mutari vt ħ ⁊.l.iiij.§.ſi qs.ſ.e.c.cū ad ꝯſultationem de re iudi.dicebat Iac.de are.ꝙ in dictis caſibus ⁊ ſimilibus nō poterat iudex abbreuiare tps.bene facit regula.c.indultum.de reg.iur.nec obſt.ſm eum tex.l.noſtre.q2 rñdet ꝙ fallit in iſto tpe ꝙ daſ a lege ſupplente defectū iudicis nā q2 iudex in ſnīa non expreſſit tps qḋ dandū erat ꝯdēnatis a lege ſupplente defectū iudicis nā hoc caſu iudex pōt diminuere aut augere tale tps. Pro iſta opi.bar.dicit facere glo.in.c.cū ſit romana ď ap. inꝙ̄tum glo.vult ꝙ tps datum ad appellandū non poſſit iudex mutare bart.vero hic dicit ſe putare ꝙ indiſtincte poſſit iudex cauſa cognita ꝓrogare ⁊ abbreuiare dilationē a lege conceſſam hoc probat pluribus medijs. Videmus enim ꝙ a lege eſt prefixum tēpus ad opponēdas exceptiōes perēptorias ⁊ dilatorias perēptorie enim no pñt opponi niſi vſqꝫ ad ſententiā.l.peremptorias.C.ſenten reſcin.nō poſ.vel niſi ante concluſionē in cā vt q2 renunciatum fuit omnibus allegationibus ⁊ exceptionib⁹ quo caſu non pōt vlterius aliquid produci. §.quia vero multi in auc.de teſti.plene no.in.c.paſtoralis.de cauſa poſſeſ.nam ad opponēdas exceptiones dilatorias eſt tempus vſqꝫ ad litis cōteſta .vt no.plene in.l.exceptionē.C.de ꝓba.⁊ nihilominus videmus ꝙ iudex pōt abbreuiare talia tpa vt pꝫ in.c.paſtoralis .ď exce.vbi caſus ⁊ lꝫ ille tex.loquaſ in termino ꝑfixo ad opponendas exceptiōes dilatorias tñ.ſꝫ dy.in.d.rla idultū.⁊ ſm alios l d.c.paſtoralis.ille tex.pōt hře locū in ꝑemptorijs qcqd ibi ſenſerit gl. ¶ Ergo vr ꝓbatuꝫ in.d.c.paſtoralis.ꝙ terminus prefixus a lege pōt ex cā mutari ꝑ iudicē. Similiter videmus ſꝫ bar. q2 lꝫ ad agendū regulr ſit ꝑfixū tps.xxx.anno.l.ſicut ⁊.l.cū notiſſimi.C.de pſc.xxx.an.tñ ex cā pt iudex illud tps mutare.⁊ q̄ ſine cāe ⁹ habetis in.l.diffamari.C.de ige.⁊ manu.⁊ not.in.l.i.C.vt ne.iu.⁊.l.ſi ea.C.q accu.nō pñt hoc idē ꝓbaſ ſꝫ bar.alio exēplo q2 videm⁹ ꝙ eſt prefixū tps quadriēnij ad petēdū in integrū reſtitutionē ⁊ tñ ex cā pōt ꝓrogari puta ꝑꝑ dolū ⁊ culpaꝫ aduerſarij.vt.l.petēde.C.de tēpo.in ite.reſti.⁊.l.itra vtile ſm vnā lect. ibi poſitā in glo.ff.de mino. Hoc idē ꝓbat alio exēplo.naꝫ nos videmus ꝙ ad adeūdū hereditatē eſt datū tps trium annorū.ſm veras ꝯcluſiōes.l.lꝫ.C.de iu.deli.⁊ ibi no.tñ iudex ex cā pōt talē dilationē abbreuiare.l.ꝙ̄diu.la.iij.⁊ ibi no.ff.de acq.her.l.ſi qs ita heres inſtituaſ in oīē.ff.de her.inſti.⁊.l.fi.§.pe.C.de iur. deli.probat ēt vltimo loco ꝑ.l.nřam.nā hic tpe dato iudicatis a lege videtis ꝙ iudex tps pōt coarctare ⁊ ꝓrogare.nec bona vr rō Iac.de are.dicētis ꝙ hic loqſ in tpe qḋ daſ a lege ſupplente defectū iudicis.q2 dicit bar.ꝙ lex nō ſupplet.ſed dat vt d.l.iiij. §.ſi qs ꝯdēnatus.j.eo.⁊.l.ij.C.de vſu.rei iu.ſi aūt queraſ de dilatōe que daſ a.l.cū miniſterio iudicis vt in auc.q ſemel.C.quō ⁊ qñ iud.vt in tpe.xxx.dieꝝ qḋ daſ ad ꝓſequēdū cām quā icceperat que dilatio nō appellaſ mere legalis ſed data a.l.cū miniſterio iudicis.⁊ iſtā talē dilationē dicit clarū eſſe ꝙ iudex poſſit immutare per tex.in.d.auc.qui ſemel.⁊ expreſſius in.§.omneꝫ.in auc.de litigio.vnde ſumitur.d.aucten.vbi dicit text.vnaquaqꝫ vacatione non minus ꝙ̄ ſpacio.xxx.dierum.iuncta.l.ad peremptorium.cum duabus.ll.ſequentibus.⁊.l.nonnunꝙ̄.ff.de iudi. nam ad peremptoriam citationem requiriſ ꝙ primo precedāt alique alie citationes quarum quelibet habeat terminuꝫ.x.dierū aliter iudex nō pōt facere citationē ꝑēptoriā vt.d.l.ꝑēptoriū ⁊ tñ tex.in.d.l.nōnunꝙ̄.dicit ꝙ qñqꝫ iudex ex cauſa immutat dictum ordinem q2 illa erat dilatio conceſſa a lege cum miniſterio iudicis ⁊ iſtud vltimum fatebatur etiam Iac.de are.⁊ probatur etiam hoc in.l.ſiue pars.C.de dilatio.iuncta glo.⁊ ita in hoc articulo reſidet barto.hic. Aut cum miniſterio iudicis indulgeſ: vt in dilatione de qua in.l.ad peremptorium.cum duabus ſeq. ff.de iudi.⁊ tunc ex cā poſſit mutari.d.l.nōnunꝙ̄.eod.ti.iuncta d.l.ad perēptorium.cū ſeq.⁊.l.ſiue pars.in ver.pars.⁊ ibi not. C.de dila.⁊ iſtā opi.poſuit gl.in auct.offeraſ.C.de lit.ꝯte.⁊ gl. in.c.cupiētes.§.ꝙ ſi ꝑ.xx.in ꝟbo qndecim de elec.li.vi.⁊ ſequitur latius Iac.de are.⁊ cy.in.l.i.C.de dila.⁊ in auct.q ſemel.C. quō ⁊ qñ iu.⁊ in auc.ei q.C.de tempo.ap.⁊ idē bal.in auc.iubemus.C.de iudi.⁊ in.l.de die.ff.q ſatiſd.cog.⁊ ibi ꝑ guil.'de cu. ⁊ ia.bu.⁊ idē tꝫ Iac.de are.⁊ bal.in auct.de exhi.re.§.i.⁊ dy.in d.§.ſi qs.⁊ Iaco.but.in.d.l.ad perēptoriū. Scḋa fuit opi.bal. ħ ꝯria huic.ſ.ꝙ oīs dilatio poſſit indiſtincte ēt legalis minui ex cā ꝑ rōnes alle.ꝑ eū.⁊ cū eo ēt trāſit ant.de bu.in.c.preterea.de dila.⁊.c.cum ſit romana.de ap.pro qua opin.bene facit ille text.⁊ hoc tꝫ glo.in.§.ſancimus in ver.viginti.in auc.de exhi.re.ideꝫ tenet glo.in.§.oēm in auc.de litig. Nec ob.tex.in .c.idultuꝫ.c. cū ſi.q2 dꝫ intelligi ſine cā vt in gl.hanc opi.limitat glo.in.c.pia in ver.octo dierum que reputatur ſingularis de exce.in.vi.non ꝓcedere vbi modicū preiudiciuꝫ inferſ ſi dilatio nō ꝓrogaretur q2 tunc non poterit ꝓrogari. ¶ Tertia fuit opi.dy.⁊ gl.in.d.c. indultū.ſ.ꝙ dilatio ꝯceſſa a lege ſine miniſterio iudicis expreſſo vel tacito vt in tpe dato ad appellandū cū ſi.non poſſit mutari. c.ex inſinuatione.de ap.ſecus in dilatione cōceſſa a lege cuꝫ miniſterio iudicis expreſſo vel tacito ⁊ tacitum intelligit qñ dilatio daſ a lege circa intermedia cauſe ⁊ lite pendente corā iudice exēplum in dilatione.xx.dierum.de qua in.d.auct.offeratur.⁊ hoc vltimum tꝫ glo.in.d.§.ſancimus.⁊ Spec.in tit.de dila.§.nunc videndū ver.nunqd ergo ⁊ bar.in.d.auc.offeraſ.⁊ Ang.in .d. auc.de exhi.re.§.i.lꝫ ꝯriū teneat gl.in.d.auc.offeraſ.⁊ Iaco.de bel.in.d.§.ſancimus.⁊ iſtā opi.tꝫ ħ Imo.niſi in caſibus in quibus repiſ expreſſe in iure cautū ꝙ iudex dilationē mere legaleꝫ poſſit mutare vt ēt ſenſit gl.in.d.c.indultū.⁊ iſto modo rñde ad allegata ꝑ bar.hic.ſm Imo. ¶ Quarta fuit opi.glo.⁊ cy.in.d. c.cū ſit romana ꝙ oīs dilatio a iure ꝯceſſa poſſit ex cā mutari ꝑterꝙ̄ tps appellādi ⁊ appellatiōis ꝓſequēde ⁊ tps petēdi reſtōneꝫ in integrū.⁊ idē ſm Hoſt.in ſemeſtri redhibitorie.l.cū ſex. ff.de edi.edic.⁊ idē dicit in tpe ꝯferēdi bñficia.c.i.de ſup.negli. ꝑla. Idē dicit gof.in tpe qḋ daſ marito ad accuſandū vxoreꝫ de adulterio.l.adulter mariti.C.ad legē iul.de adul.iii.q.iiij.c.alteri que opi.cōiter non teneſ q2 ratio reddi non pōt quare magis in ꝑdictis caſibus impediaſ mutatio ꝙ̄ in alijs. Idem ēt tenuit ipſe Imo.in.d.c.cū ſit romana.vbi dicit ꝙ cōis opi.eſt ꝙ iudex nō poſſit imutare dilationē datā a lege ſine miniſterio iudicis niſi in caſibus a iure expreſſis vt in caſibus de qbus ꝑ bar. hic ⁊ dixi.ff.ſꝫ certe qñ ſubeſt cā eadē vr eſſe rō in caſibus ſpālr enumeratis in.ll.hic alle.ꝑ bar.idō dꝫ eſſe idē ius ⁊ ſpālius ꝓbaſ in.c.cū dilecte in ꝟ.nos igiſ.de ꝯfir.vti.vel inuti.bñ faciūt no.ꝑ gl.in.l.que ꝑꝑ neceſſitatē.j.de reg.iur.⁊ in.l.ſi ꝯſtāte.in prin.ff. ſo.ma.cū ꝯcor.ibi alle.ꝑ bart.in.ix.q.prime partis.⁊ ſic non vr bñ rñſum ad iura alle.ꝑ bar.ꝙ̄uis rapha.hic tenēdo primā opi. rñdeat ad iura alleg.ꝑ bar.eo modo quo rñdet imola. Quinta fuit opi.ang.ꝙ oīs dilatio poſſit mutari niſi iudex mutādo intromittat ſe de iuriſditiōe ſupioris vt in tpe appellādi ⁊ appellationis ꝓſequēde ⁊ reſtōnis petende ꝑ rōnē.c.inſinuante.de appel. ſextā inuenio opi.bal.in.l.i.§.i.ff.de iur.deli.vbi ꝯcludit ꝙ aut ꝑfigiſ a lege tps iudici ⁊ nō pōt ꝑ iudicis offm̄ ꝓrogari alle.l.ſi in lege.ff.loc.vbi meo iudicio nō ꝓbaſ aut ſtatuiſ actioni vel exceptioni ⁊ idem q2 non pōt iudex mutare ipſum tps.alle.l.ſcire opꝫ.§.ꝯſequēs.ff.de excu.tut lꝫ ꝑ aliā.l.bene pōt induci prorogatio.l.ſi cū ipſe eo.ti. Aut terminus ſtatuiſ a lege ꝑſone actoris vel rei ad aliqd dādū vel reſtituēdū ita qḋ mere nō ſtatuitur iuri vel cāe ſed ꝑſone ⁊ tunc aut loquimur in his que non reducuntur ad iudiciū ⁊ illa non ſunt in iudicis poteſtate. Aut in his que reducuntur ad iudicium ⁊ ſunt in iudicis poteſtate.⁊ poſſunt ex cauſa augeri vel minui vt hic.⁊ in dicta.l.ſiue pars. Sed predicte due opi.non videnſ vere per ea que tradunſ per bart. hic defendendo opi.ſuā.ex omnibus ꝑdictis ſic ꝯcludo ꝙ in vi

a ¶ Leuiſ ad uerte ꝙ tangit latiſſime.j.nu mero.xv.

C.de anno.⁊ tribu.lib.x. Tñ magis cõiter docto.cum dicta gl.
tranſire videnť non intelligo ꝙ ſi iudex in totũ tollat dilationẽ
non valeat actus iudicis ſed ꝙ eſſet iuſta cã appellandi iuxta.c.
i.de dila.qꝛ etiam ſnĩa ↄ̃ ius litigatoris dũmodo non contineat
expreſſum errorẽ iuris valet.l.ij.C.qñ ꝓuo.⁊.l.i.§.itẽ cum ↄ̃ ſa-
11 cras.j.que ſen.ſine ap.reſcin. ¶ †Subdit tñ hic ang.iuxta p̃di-
cta ꝙ ꝑ ſtatutũ indiſtincte poterit coarctari vel ꝓrogari tp̃s ad
pellandi ⁊ appellationis finiende ⁊ alle.l.p̃ſcriptionẽ.C.ſi ↄ̃ ius
vel utili.publi.⁊ ita ẽt no.bal.ibi in.ix.col.ꝙ extẽdit notabiliter
dñs abb.in.d.c.cũ ſit romana.ẽt ſi ſtatuentes recognoſcerẽt ſu
periorẽ ad quẽ appellãdũ eſſet qꝛ ſi iudex põt mutare tp̃s appel
landi ex cã ergo ⁊ ſtatuẽtes. ¶ Multomagis vel ſaltẽ eadẽ ra-
tione illud debent poſſe illi q habent ptãtem ſtatuendi nam ma
giſtratus habent illam ptãtẽ.l.i.ꝟ.qd̃ qſqꝫ iur.quinimmo ma-
giſtratus regulariter nõ poſſunt condere ſtatuta ↄ̃ ius cõe.l.for-
ma.C.de offi.prefec.p̃to.⁊ no.glo.in.c.ſi.de her.li.vi.⁊ no.gl.
in cle.ſepe.de ver.ſig.⁊ ꝑ cano.in.c.ſi.de off.archipreſ.tñ popu
li q hñt ptãtem ſtatuendi poſſunt ↄdere ſtatuta ↄ̃ ius cõe.l.oẽs
populi.⁊ ibi bar.in.iij.q.prin.ꝟ.de iuſti.⁊ iur.ergo debent poſ
ſe coarctare tp̃s.x.dieꝝ ad appellandum ſi iudex hoc põt. Sed
dic ꝙ in hoc vltimo bal.ↄ̃riũ tenet in.d.l.ſi.C.cõmi.vel epiſto.⁊
melius ꝑ rõnem ſuã nec ita vꝛ cadere poſſe in ſtatuto qd̃ eſt gñа
le ſicut in caſu ſpeciali ſeu ſingulari in quo iudex coarctat ex cã.⁊
ꝙ nõ poſſit ꝑ ſtatutũ ↄditũ a populo recognoſcente ſupiorẽ im
mutari tp̃s datũ ad appellandũ probanť qꝛ hoc eſſet imponere
legẽ ſupiori.c.veniens.de iureiur.⁊ ideo bart.in.l.ſi.ff.de aqua
plu.ar.⁊ in.d.l.oẽs populi.in.iij.q.⁊ ibi doc.dixerunt non vale
re ſtatutũ ↄditum a populo recognoſcẽte ſuperiorẽ ꝑ qd̃ immu
tatur tp̃s appellationis vel ipſius appella.ꝓſequende qm̃ hoc
eſſet derogare ſuperiori. Tñ ad ar.bal.vꝛ colligi rñſio ex ꝟbis
abb.in.d.c.cũ ſit romana.nã rñdet ad.c.venientes.ꝙ non lꝫ in
feriori in totũ tollere ipſam appellationẽ ꝓut loqť.d.c.venien-
tes.ſed ꝑ huiuſmodi ſtatutũ non tolliť in totũ appellatio ſed co
arctať tp̃s p̃fixum a iure cõi ad appellandũ ⁊ hoc reputat Abb.
valde no.ꝓ limitatione.d.c.veniẽtes.nã nõ poterit inferior tol
lere quominus poſſit appellari ſed poterit minuere tp̃s datũ ad
appellandũ. Põt ſua opi.cõfirmari ꝑ id qd̃.ꝟ.dixi dũ allegaui
glo.in.l.qd̃ iuſſit.j.eo.⁊ tñ non eſt paſſus ſine ſcrupulo.ideo dili
genter ſunt notanda ea que dicta ſunt ⁊ ſup eis cogitandũ eſt.
¶ Inq̃tuꝫ tñ hec glo.voluit ꝙ ꝓrogare poſſit ſine cã iudex an
12 ſit verũ tãgã vbi vꝛ gl.clarior in.l.ſi qs ↄdẽnatus.j.e. ¶ †Quid
ſi iudex in ſnĩa nõ adiecit diẽ executionis hende dicit ꝙ eadẽ die
⁊ non vltra addere põt ꝑ.l.paulus.la.i.j.ti.i.⁊ no.dy.hic.⁊ idẽ
13 ſenſit Bar.in prin.tex.† Utrũ aũt in ſnĩa in qua iudex moderať
dilationes debeat inſeri cã ⁊ an poſſit fieri parte nõ citata vide ꝑ
Inno.⁊ Jo.an.⁊ alios in.c.ad petitionẽ.de accuſa.⁊ ſpec.in ti.
de cita.§.viſo.in ver.i.⁊ bal.in.c.i.circa vlti.col.de mili.vaſal.q
ↄtu.eſt in.l.i.in ſi.C.qñ ⁊ qñ iud.⁊ in.l.i.circa prin.C.de dila.
¶ In ea.glo.ibi ſed ꝓrogat ſine cã ⁊c.dicã in.d.§.ſi qs ↄdem
14 natus. ¶ †In glo.in ver.qualitate.glo.reprehendiť qꝛ in reali
non dať tp̃s quattuor menſiũ iudicatis ſed incontinenti dꝫ reſt
tui niſi iudici ex cã aliud videať.vt no.glo.in.l.in fideicõmiſſi.in
prin.ꝟ.de vſur.⁊ in.l.ſi.⁊ ibi doc.C.de execu.rei iudi.⁊ glo.oẽs
in.c.querenti de of.dele.ideo alia poni poſſunt exẽpla de qbus
hic ꝑ bar. Ideo põt aliter exẽplificari littera dũ dicit ꝙ ꝓ quali-
tate cãe ⁊c.puta qꝛ eſt cã alimẽtoꝝ ⁊ ſubeſt timor ne fame ꝑeat.
qꝛ tũc põt iudex coarctare tp̃s ad ſoluendũ. ¶ Põt ẽt exẽplifi
cari in cã dotis que valde priuilegiata eſt.vt.l.i.ff.ſolu.ma.⁊.l.
aſſiduis.C.q po.in pig.ha.⁊ ideo bar.in.l.i.exẽplificat illaꝫ.l.in
15 caſu iſto.† ⁊ ideo bar.hic gñaliter queſiuit que ſint iuſte cãe imu
tãdi dilationẽ legaleꝫ ⁊ dicit multas eſſe. ¶ Primo qñ ↄſuetu-
do fori ita ſe hñet vt qꝛ ↄſuetũ eſſet aut maiorẽ aut miorẽ dilatio-
nem ſtatuere vt tenuit glo.in.d.auct.qui ſemel.⁊ in.l.iij.§.fin.
ꝟ.de teſti.aut ſi iuriſditio iudicis ſit modico tp̃e duratura.vt in
cauſis ſindica.que debent terminari infra quinquaginta dies.
vt.l.i.C.vt omnes cauſe tam ciuiles q̃ criminales argumentuꝫ
d.l.i.ꝟ.de iuriſdi.om.iudi.⁊ iſtud firmat Inno.in.c.de cauſis.
de offi.deleg.ideꝫ dicit ipſe quando eſſet cã modice quãtitatis
qꝛ tunc licituꝫ eſt iudici tranſgredi terminos per id qd̃ habetur
in auc.ſi breuiores.C.de ſen.idem vbi eſſet contentio de re mo
dicum duratura vt ſi ſit contentio de rectoratu dꝫ cã terminari
celeriter ne interim tranſeat tẽpus officij.iccirco tunc licituꝫ eſt
diminuere dilationes.alle.l.i.j.de glan.legen.vbi illud interdi-
ctum non

ctum non datur niſi triduo: q2 interim corruptus eſſet fructus. ¶ Item eſt iuſta cã qñ aliqua cauſa habetur cum ciuitate ⁊ opꝫ haberi ↄſiliũ ciuitatis vt deliberet. Hoc enim caſu q2 de facili haberi non põt vt.c.ſi.de dila. poterit iudex ꝓrogare dilationẽ. ¶ Item iuſta eſt cã de quo qui intra magnã dilationeꝫ comederet pluſq̃ eſſet valor cauſe mouetur bar. arg. l. mediterranee. C. de anno. ⁊ tribu. lib. x. vbi imperator reprobat ↄſuetudineꝫ que hꝫ q̃ homines q ſtabant in ciuitatibus maritimis grauabãtur ad deferendas annonas ciuitatibus terraneis ⁊ terranei ad maritimas. Nam hoc reprobat Imperator. q2 magis grauabanť in portando q̃ eſſet valor ⁊c. non aũt probat ille tex. q̃ poſſit in totũ tollere ideo in hoc reprobať bart. vel ẽt ſm bart. põt eſſe cã coarctandi in caſu. l. nõnunq̃. iuncta. l. ad pemptoriũ. ff. de iud. nam ad hoc vt poſſit perueniri ad peremptoriũ reqruntur tres citatiões ⁊ poſtea fiebat quarta citatio que vocabať peremptoriũ edictuꝫ tñ ex cã iudex põt immutare vt ſi ſepenumero iudex audiuit partes. naꝫ hoc caſu potuerit dilationes coarctare poſt q̃ merita cauſe audita ſunt. ¶ Item iudex põt moderare dilationẽ vt q2 perſona cui venit danda dilatio ſit ſenex aut iuuenis arg. l. ↄtinuus. §. cũ ita. de verbo. obli. vbi maior dilatio ↄcediť ſeni q̃ iuueni. alias aũt cãs ex qbus pmittiť mutare dilationeꝫ. vide p Inno. in. d. c. querẽti. ⁊ p anto. de but. in. d. c. preterea. ⁊ in. d. c. cũ ſit romana aliqd per bal. in. l. i. C. de tẽpo. appel. bonus tex. eſt iuncta glo. in. l. nõnunq̃. ff. de iudi. ¶ In glo. in ver ſi. obſequio ibi ſed melius ⁊c. hic tenent cõiter ⁊ idem tꝫ Inno. in. d. c. querenti. vel expone vt dixi ſuper tex. ¶ † Extra glo. querit hic bar. ſi iudex dilationẽ indultam a lege cũ miniſterio iudicis arctauit ſine cãe cognitione an dilatio a lege ſuppleať an vero ſit opus appellare dic vt hic p eum cũ quo tranſit ant. de bu. in. d. c. preterea. ⁊ doc. in. l. q̃ ad ↄſultationẽ. vbi hoc limitať in tex. ⁊ aliqd p bal. in. l. ceſſante. in prin. C. quõ ⁊ qñ iu. ſpec. in. d. §. nunc de tem. in ſi. ⁊ cy. in. l. i. C. de dila. ¶ † Querit bar. dictũ eſt. ff. q̃ põt appellari qñ ſtatuiť terminus nimis breuis qs habebit ꝓbare in cã appellatiõis an appellãs hẽbit ꝓbare cãꝫ q̃re iudex nõ hũit coarctare an appellatꝰ dꝫ ꝓbare cãꝫ q̃re iudex potuit coarctare ⁊ remittit ſe ad no. p Inn. in. c. ad petitionẽ. de accuſa. ⁊ q2 ſatis obſcure locutus eſt referam id qđ voluit Innoc. naꝫ mens ſua vř eſſe q̃ dilationes regulř ſunt arbitrarie. l. ii. C. de dila. eo caſu quo ſunt arbitrarie incũbit onus ꝓbandi appellanti quare iudex. nõ potuerit illam dilationẽ moderare q2 p̃ſumitur p iudice ⁊ eius ſnia. c. in pñtia. de ꝓba. l. ij. C. de offic. iudi. l. ingenuũ. ff. de ſta. homi. ſed ſi dilatio non erat arbitraria: vt q2 lex diceret ſtatuat iudex terminũ non minorẽ. x. dieꝝ ꝓut loquitur in. l. pemptoriũ. cum. l. ſeq. de iudi. ⁊ in. §. oẽm in auc. de litigio. col. viij. vnde ſumpta eſt auc. q ſemel. ⁊ iſto caſu ſentit. Inno. recte intuẽti q̃ incũbit appellato onus ꝓbandi quare potuerit ſeu debuerit iudex coarctare dilationẽ. cũ eniꝫ lex limitate locuta eſt ⁊ non cõmiſerit arbitrio iudicis dilationẽ q̃uis ex cauſa poſſit eã immutare vt voluit glo. in. d. §. oẽm. hoc caſu ſi hoc facit iudex ⁊ ille cui immutata eſt dilatio appellauerit incumbit appellato onus ꝓbãdi qñ lex nõ cõmiſerat dilationẽ arbitrio iudicis ſed dederat ei vt non minorẽ dilationẽ ↄcederet iſta deciſio Inno. eſt nota. ⁊ cũ eo tranſit Anto. de but. in. d. c. cũ ſit romana. Pro iſta opi. Inno. facere vř. l. q ad ciuilia. cũ ibi no. p bar. j. de ap. ⁊ cũ magna ⁊ ꝓlixa ſnia loqtur alex. ¶ † Itẽ querit bar. qd ſi lex dicit maiorẽ dilationẽ iudicis miniſterio nõ dari an poterit ſine cã minor dari ⁊ ↄcludit q̃ ſic p. l. i. iuncta. l. ſiue pars in ver. pari. C. de dila. ⁊ ibi no. dic vt hic p eũ. cũ quo ↄcordat Ja. bu. in. d. l. ad perẽptoriũ. ⁊ cy. in. d. l. i. ⁊ anto. de but. in. d. c. preterea. ¶ † Sed iuxta h̃ queriť qd ſi lex dicit dari a iudice dilationẽ. xi. dieꝝ ⁊ nõ minus an iudex poterit dare minorẽ ex cã dic q̃ ſic vt ꝓbať in. d. l. ad perẽptoriũ. cuꝫ. l. ſeq. in ṽ. nõ minus iũcta l. nõnunq̃. eo. ti. ⁊ no. bar. in. d. auc. q ſemel poſt mediũ. ⁊ cy. in d. l. i. C. de dila. ⁊ Jac. bu. in. d. l. ad pemptoriũ ⁊ an. bu. in. d. c. ij. de dila. Benefacit in. l. iiij. §. ſi qs ↄdẽnatus. j. eo. iuncta iſta l. lꝫ bal. ↄtrũ ſentiat in auc. offerať. C. de lit. ↄte. ⁊ iſtud voluit illa gl. valde no. in. §. oẽm in auc. de liti. ⁊ iſtud voluit cy. in. l. i. C. de dila. bal. tñ in auc. offerať. circa pe. col. C. de lit. ↄte. vř tenuiſſe ↄtriũ alle. l. iiij. §. ſi qs ↄdẽnatus. j. e. ⁊. l. ij. ff. de iu. deli. tñ nõ diſcedo a p̃cedẽti opi. nec ob. tex. i. d. §. ſi qs ↄdẽnatꝰ. q2 imo ille tex. iũcto. §. nřo ꝓbat ↄtrũ. nã ibi ſi diminuiſſet iudex ex cã valuiſſet p iſtũ tex. nõ ob. l. ij. ff. de iu. deli. q2 nõ dicit tex. ibi q̃ iudex ex cã nõ poſſit imutare imo p regulã. §. nři ꝓbať ↄtrũ iudici eni ex cã

licitũ eſt trãſgredi leges. l. qd ergo. §. pena grauior. ff. de his q
20 no. infa. ¶ † Refert tñ bal. hic vnũ qđ poſuit Innoc. in. c. vltra tertiã. de teſti. ad ſi. vbi lꝫ iudex nõ debeat dare vltra primã dilationẽ. l. oratiõe. ⁊. l. ſi. ff. de ferijs. tñ ſi p̃ia dilatio nõ fuit ĩtegra iuxta. l. i. C. de dila. dabiť ſcđa ſine vlla cãe cognitiõe. ⁊ ſimiliter dicit inno. in. d. c. vltra tertiã. q̃ ſi iudex dedit dilationẽ triũ mẽſiũ p faciẽdis ꝓbationibus que erant in prouincia ſi poſtea velit ꝓbatiões facere ex vicina prouincia dabunť. ſex menſes ⁊ ſi ex partibus vltramarinis dabunť. ix. menſes. iuxta. l. i. C. de dila. bar. vero hic dicit q̃ immo iſte dilatiões ſunt arbitrarie vt not. in. d. c. p̃terea. ideo vř tenere ↄ Inno. ⁊ ↄcludere q̃ ſi prima dilatio eſt elapſa nõ debent dari alie ſine cãe cognitiõe etiã lꝫ prima fuerit minor non tñ erat arbitraria ⁊ ideo cũ ſuccedat in locũ dilatiõis legalis puta triũ mẽſiũ ꝓut in. d. l. i. ↄtẽtus eẽ dꝫ ⁊ iſtud idem tꝫ bar. in. l. ſi. ff. de ferijs. in. i. col. ⁊ bar. in ↄſi. inci. ex facto ꝓpõiť q̃ cã pecuniaria. ⁊ ita magis cõiter vĩr tenere doct. in. d. c. vltra tertiã. lꝫ bal. in. d. l. i. ſimplr trãſire videať cũ Inno. ⁊ ſic ↄcludi videať q̃ in caſu in quo loqtur Inno. q̃ lꝫ iudex minorẽ
21 dilationẽ ſtatuerit tñ ñ dꝫ dare ſine cãe cognitõe ſcđaꝫ. ¶ † Succeſſiue queſiuit bar. vtrũ vna dilatiõe pẽdẽte poſſit iudex aliqd innouare. ⁊ tradit regulã q̃ nõ p. d. l. ſiue pa. qđ duobus modis limitat ⁊ vide plenius p cy. in. d. l. ſiue pars. ⁊ ibi ẽt bart. ⁊ bar. aliqd in. l. ſi. ff. de ferijs. ⁊ in. l. q̃diu. la. iij. ff. de acq. her. bar. tñ notabiliter loquutus alr ↄcludit ⁊ teneatis mẽti. Ibi ↄcludit q̃ ſi dať dilatio ſup alio articulo non contingente id qđ ꝓbanduꝫ erat in prima dilatione nec ſit preiudicialis ad primam ⁊ diſcẽdũ
a eſt q̃ pendente primo poſſit iudex ſtatuere ſecundam * vt. l. generaliter. §. nullo. C. de reb. cre. ⁊ põt dari exemplũ. data eſt dilatio ad ꝓbandũ p teſtes poterit dari alia ad ꝓbãdũ p inſtrã. ſi aũt erat preiudicialis non. Et per hoc habetis limitationem ad d. l. ſiue pars. Secundo limitat ipſe illam. l. vt verum ſit niſi finita eſſet eã dilationis pendentis ſeu durantis vt ſi data eſſet dilatio. x. dieꝝ ad cõparenduꝫ ⁊ ille venit ſcđo die quo caſu finita eſt dilatio. Addatis tex. ⁊ in. l. ſi qs heres ita de acq. here. aliã limitationẽ tradidit and. de piſis. bal. ⁊ ang. in. l. ſi qs ita heres inſtituať. ff. de here. inſti. vbi dñt q̃ lꝫ pẽdente vnica dilatione ↄquieſcere debeat offĩm iudicis hoc eſt veꝝ niſi illemet ad cuius fauorẽ ⁊ petitionẽ eſſet p̃ſixa dilatio peteret aliã dilationeꝫ ſeu aliqd aliud explicari ad fauorẽ ſuuꝫ quo caſu nõ cõgeſcet iudicis offĩm q2 eſt inductũ in fauorẽ ſui pẽdente dilatione nihil innoueť vt ꝓbať in. d. l. ſi qs ita heres inſtituať. ¶ Alijs modis not. limitat bal. in. l. ſi qs inſtituať p illũ tex. ff. de he. inſti. ⁊ p cano. plene in. c. ſignificauit ⁊ ibi gl. de ap. ⁊ p an. de bu. in. d. c. p̃terea ⁊ p bar. in l. ſi qs ita hẽs inſtituať. ff. de acq. her. ⁊ p bal. in. l. ſi qs ſeruo in vl. co. C. de fur. ⁊ le. ⁊ no. maxime p doc. in. c. cũ oliꝫ. el. ij. de priui.
22 plenius p bal. in. l. q̃diu. ⁊ roma. ibidem. ¶ † Succeſſiue queſiuit Bartol. an ſimul ⁊ ſemel poſſint ſtatui plures dilationes de quo dic vt hic p eũ cui adde glo. ordinariaꝫ in cle. ſepe de verb. ſig. ⁊ no. ſpe. iti. de dila. §. i. ṽ. deliberatiõe. ⁊ p cano. plene i. c. ſignificauit. de appel. ⁊ p ant. de bu. i. d. c. p̃terea. ⁊ bal. i. l. ꝓperãdũ i pn. poſt Cy. C. de iudi. ⁊ i. d. l. ſiue pa. C. de dilatiõibus.

Qui damnare. Hec. l. quis breuis ſũmari non põt. ¶ In glo. magna ibi ſolent. dicit hanc nõ eſſe veram q2 ibi delegatus non condẽnare nec abſoluere poterat vt ibi in glo. in ver. liberet.

1 Executio ſententie non põt fieri ↄ procuratorem. curatorem. ⁊ ſimiles ſed ↄ principalem niſi ſit procurator qui ſe liti obtulerit vel procurator in rem ſuam.
2 Procurator in rem ſuam põt ↄſtitui ẽt ex parte rei vt emens hereditatem cenſetur procurator in rem ſuam.
3 Snia lata ↄ falſum ꝓcuratorem eſt nulla quo ad dñm ſed quo ad preiudicium ipſius procuratoris eſt valida.
4 Executio ſnie põt fieri ↄ procuratoreꝫ ſine mandato ſi ſe liti obtulit niſi errore iuſto putaſſet ſe habere mandatum. q2 tunc i euꝫ non ſit executio.
5 Tutor non dꝫ preiudicium pati ex actu quem geſſit.
6 Executio ſnie an ⁊ qñ poſſit fieri ↄ tutorẽ occaſione expẽ.
7 Snia ↄdẽnatoria expẽ. lata ↄ procuratorem ↄtumacem vel p calũniam litigantem an poſſit exequi contra dominum.
8 Contumacia procuratoris an poſſit preiudicare dño in expẽ.
9 Procurator relinquens cauſam propter infirmantem nullo

Additio. a ¶ Scham. vide bar. in. l. q̃diu. ff. de acqui. he. ⁊ vide cautelã quam ponit ange. in l. ſi. ff. de pe. ⁊ paul. de ca. in. l. i. C. de dilatio. ⁊ in. l. fin. C. q admi. ⁊ barth. ſocĩ. in cautela. xlii. ⁊ ang. de are. in. §. ſi minor inſti. de actio. Tho. di.

C.de admini.tuto.vbi pp calũnioſas accuſationes tutoris opꝫ tutorẽ dãnari.In ꝯ̃riũ ꝙ immo ꝯ̃ pupillum poterit exeq̃ p.l.q ſolidũ.§.ẽt.⁊ ibi hoc tꝫ bar.ſ.de leg.ij.vbi rõne more cõmiſſe p tutorẽ patiť pupillus ꝯdẽnationẽ expenſaꝝ tñ poterit poſtea pupillus eas recupare aduerſus tutorẽ ⁊ idem tꝫ bar.in.l.edita.in pe.q.C.de edẽ.⁊ in.l.i.§.ſi ꝓcurator.ad ſi.ſ.ſiq̃s iuſdi.non ob tẽpe.Finaliter bar.ꝯcludit ꝙ poterit ꝯdẽnari tutor ſuo proprio noie in expẽſis ⁊ in eũ veniet faciẽda executio p.d.l.nõ eſt ignotum.Itẽ ſm eũ fieri poterit ꝯdẽnatio eo caſu in pupillũ ⁊ ſimiliter executio ſed recupabit eas pupillus aduerſus tutorẽ p.§.ẽt. ⁊ putat ꝙ iſto caſu liberabiť pupillus cedẽdo actionẽ quam hꝫ ꝯ̃ tutorẽ voluit allegare.l.ſi.ſ.de admi.tuto.dũ alle.l.pe. qđ tñ intelligit veꝝ ſi fieret executio expẽſaꝝ finito officio tutele cogeť eas pupillus ſoluere ⁊ recuperare eas poſtea a tutore.d.§.etiã. ⁊ ſic vult bar.ꝙ ſit in electiõe iudicis cõdẽnare vel tutorẽ ſuo nomine vel tutorio noie cũ libereť cedendo actões ſuas ꝯ̃ pupillũ
6 ſi erat firmum officium tutele.¶†Addatis ꝙ ingratum Bart. hic facit differentiam an finitum ſit officiũ tutele an non tpe quo petebatur executio ſnie expenſarũ ꝯ̃ pupillum in hoc lꝫ docto. non dicant. Addatis ꝙ ipſe bar.in.d.l.ſi.ſ.de admi.tuto.hanc diſtin.reprobat q̄ vult ꝙ habeat locũ dicta actio durante tutela.dato enim ꝙ actio tutele non poſſit intentari durante tutela: põt cedi actio que eſt in ſpe.l.ſpẽ.C.de dona.⁊ text.in.d.l.ſi.nõ facit dr̃iam an ſit finitũ officiũ an non.⁊ ideo vr̃ opi.bar.verior in.d.l.ſi.Sed imo.hic dicebat ꝙ aut ꝯſtat de euidẽti calũnia tutoris ⁊ tũc patiť hanc penã tutor.d.l.non eſt.Aut non ꝯſtat de euidenti calũnia ⁊ tunc ꝯ̃ pupillũ ⁊ de bonis pupilli dꝫ fieri executio ⁊ recuperabit poſtea a tutore.d.§.ẽt raph. hic aliqualiter ꝯfuſe loqť ⁊ mẽs ſua vr̃ ꝙ qñ tutor eſt in dolo debeat ſemp poſſe fieri executio ꝯ̃ eũ.vt.j.ea.l.§.ſiq̃s.¶Veriorẽ puto primam opi.bar.vꝫ ꝙ ẽt qñ ꝯſtat de euidẽti calũnia tutoris vr̃ pupillum teneri.l.i.§.hoc edictum.j.ne vis fiat ei.non nego tamen quin poſſit condemnari tutor ſuo nomine ⁊ exigi.l.non eſt ignotuꝫ.
7 ¶†Secundo querit Barto.an condemnatio expenſarum lata contra procuratorem contumacem vel per calumniã litigantem poſſit exequi contra dñm.Et concludit Barto.hic ꝙ ſi ꝓcurator cũ ſpãli mãdato fecit aliq̃d pp qđ dꝫ fieri ꝯdẽnatio expẽſaꝝ veniet faciẽda ꝯ̃ dñꝫ p.l.iij.§.ſi ꝓcurator.ſ.qđ q̃ſq̃ꝫ iu. vbi ſilr ſit retorq̃uutio iuris iniq̃ ꝯ̃ dñꝫ.ſi aũt habuit mãdatũ gñale. ⁊ tũc ſi ꝯdẽnatio expẽſaꝝ fiat pp aliquod maleficium ⁊ tunc venit cõdẽnandus ꝓcurator ſuo noie p.l.i.§.ſi ꝓcurator.ſ.ſi q̃s iuſdi.ꝓcurator eni q̄ noluit pere p̄cepto iudicis dꝫ mulctari nõ dñs ſi vo fiat ꝯdẽnatio expenſaꝝ pp aliqđ omiſſuꝫ ⁊ tũc ſi illud ſcm̃ incũbebat dño qui hoc mandauit fieri p ꝓcuratorem ⁊ tũc in dñm fiet executio.l.ſi ꝓcuratorẽ.§.ſi tutores.ad fineꝫ.ſ.mãda.⁊.l.non diſtinguemus.§.ſi dñi.in glo.ſi.ſ.de arbi.Si vero ꝓcurator omiſit aliquid ꝙ fuerat iniunctũ ꝓcuratori p iudiceꝫ ⁊ tũc in ipſum ꝓcuratorẽ fiet executio.l.i.§.ſi ꝓcurator.ſ.ſi q̃s iuſdi.obtẽpe.Sed Inno.in.d.c.i.vt lite non conteſta.quẽ ſeqť hic Ang.ꝯ̃rium tenuit dicens ꝙ ſi procurator cõdemnatus fuit pp aliquod qđ neceſſario veniebat expediendũ a dño ſi in lite fuiſſet fiet executio ꝯ̃ dñm non pp culpam vel dolũ procuratoris ſed pp culpam ipſius dñi intelligendo ꝓcuratorem indiſcretuꝫ allegat.l.eum q̄.§.ſi.ſ.cõmo.⁊.l.ſi.§.in hac.ſ.nau.cau.facit.l.cũ mandato.§.ſi.ſ.de mino.Ad idem adducit.l.non cogẽdũ ſ.de ꝓcu.vbi ſi ꝓcurator fuit añ lit.conteſt.negligens in defendendo dñm ꝯdẽnať dñs ⁊ ponit Inno.exemplũ in ſcđo membro qñ procurator fuit cõdemnatus in expenſis q̄ noluit edere acta.ſecus dicit ipſe ſi fuiſſet cõdẽnatus ꝓpter id quod non veniebat expediẽdum a dño ſi in lite fuiſſet cõdẽnatus puta q̄ ꝓcurator ꝓducit falſos teſtes vel falſa inſtr̃a.Sed Bar.in.d.§.ſi ꝓcurator rep̄hẽdit hoc dcm̃ Inn.p illũ tex.iũcto.§.hoc iudiciũ cũ ibi no.vbi pꝫ ꝙ ꝯtumacia de q̃ ibi ꝓducit effectũ mulcte ⁊ cõdẽnationẽ expẽſaꝝ.ergo cũ tex.in.d.§.ſi ꝓcurator.velit ꝙ ſi ꝓcurator fuit ꝯtumax.dẽat redundare ad dñm ꝓcuratoris.ergo pꝫ ꝙ dꝫ intelligi ⁊ de dãno rõne mulcte ⁊ rõne expenſarũ.Et idõ ſm eum vr̃ ꝙ non bñ dixerit Inno.nã in caſu.d.l.ſi ꝓcurator ꝓcurator nõ paruit p̄cepto iudicis q̃cq̃d p̄ceperit ibi iudex dio ꝓcurator incidit in indignationem iudicis non dominus.Prio ergo non eſt verũ ꝙ qñ veniebat expediẽdũ a dño ꝙ tunc ꝓpter inobedientiã ꝓcuratoris dẽat fieri cõdẽnatio in dñm.¶Preterea qñ cõmittit cauſam dñs ꝓcuratori nõ videtur cõmittere quid illicitũ ⁊ ſic vt cõtemnat mandatũ iudicis.l.ſi procurator ſ.de condi.

ſ.de ꝯdi.indebi.⁊.d.§.ſi ꝓcurator.Et cũ bar.trãſit imo.hic.Et
idem Bar.in.l.plautius.ſ.alleg.⁊ in.l.ſi ꝓcurator.circa.ij.col.
ſ.de ꝯdi.inde.nõ tñ faciunt mẽtionẽ de rõnibus Inno. nec illis
rñdet. Tu potes rñdere ꝙ prima rõ nõ vr̃ ſufficiẽs: q꞉ ſi eſſet ve
ra ſequeret̃ ꝙ eadẽ rõne in his que ſunt magni p꞉eiudicij ꝯtuma
cia ꝓcuratoris nõ noceret dño ꝯ tex.c.i.vt lite nõ ꝯteſ. ⁊ ꝯ tex.in
d.§.ſi ꝓcurator. Nõ ob.d.l.nõ cogẽdum: q꞉ ibi dñs cẽſet̃ fuiſſe
negligẽs ⁊ ꝯtumax: nõ aũt ꝓcurator: q꞉ ibi dñs cauerat ſe d dfen
dẽdo. ⁊ miſit ꝓcuratorẽ ad ſe defendẽdũ q nunq̃ incepit: q꞉ illa
cẽſet̃ fuiſſe ꝯtumacia dñi.l.ſi ꝓcurator.§. tutores.in fi. ſ.mã.⁊
no.Bar.hic.¶†Sed ad hoc ꝓ opi.Inno.mihi vr̃ adduci poſ
ſe: q꞉ ꝯtumacia ꝓcuratoris eſt ſufficiẽs vt fiat miſſio in poſ.ex pri
mo decreto ꝯ dñm: ⁊ ſic ꝑ ꝯñs ꝙ dñs non audiat̃ niſi refectis ex
pẽſis.l.iiij.C.de ꝓcu.iuncta auc.ei qui.C.de bo.auc.iud.poſ.er
go ꝯtumacia ꝓcuratoris põt dño p꞉eiudicare in expẽſis. Sȝ ſu
ſtinẽdo opi.Bart.potes rñdere ꝙ plura ꝯcedunt̃ in ꝯña actus
iaȝ ꝑmiſſi que directo nõ cõcedunt̃.l.i.in prin.⁊ ibi no.Cy.⁊ bar
to.ſ.de auc.tut.Vñ veriorẽ puto opi.Bar.nã dolus ꝓcurato
ris etiã nõ cõparendo p꞉epõderet culpe dñi.l.itẽ ſi obſtetrix. in
fi.ſ.ad.l.aql.⁊ hoc puto verius q̃ꝙ hoſt.⁊ Jo.an.in.d.c.i.trã
ſeãt cũ Inn.⁊ q̃ꝙ ant.de bu. ibi velit executionẽ fieri poſſe taȝ ꝯ
dñm q̃ ꝯ ꝓcuratorẽ: ⁊ nõ bñ ꝓbat: nec rñdet etiã ad.d.§.ſi ꝓcu
rator.iũcto.d.§.hoc iudiciũ.¶†Subdebat hic ang. ꝙ inn.no.
in p꞉ealle.c.i.dicebat ꝙ ſi ꝓcurator poſt lit.ꝯteſt.infirmatus eſt:
⁊ vt indiſcretus nõ ſubſtituit aliũ cũ poſſ꞉ ꝙ poterit dãnari ipſe
ꝓcurator ꝓcuratorio noĩe in expenſis ⁊ ꝙ fieri poterit executio
ſñie tam in eũ q̃ in dñm: ⁊ ita reſidet Ange.hic.Sed imo.in.d.
c.i.in fi.hoc limitat vbi dñs dediſſet mãdatũ ꝓcuratori ad ſubſti
tuẽdũ,alr̃ qui dñs vr̃ eſſe diligẽs.ideo in eũ nõ poterit fieri exe
cutio.Sed doc.ibi: ⁊ Imo.hic rep꞉ehẽdũt hãc diuerſitatẽ quaȝ
facit Inn.q꞉ ſiue dederit mãdatũ de ſubſtituẽdo ſiue nõ.nõ ſemꝑ
hret locũ rõ Inn.ſ.ꝙ dñs nõ fuerit in culpa eligẽdo indiſcretũ:
⁊ cõcludit Imo.hic ꝙ indiſtincte in dñȝ nõ poterit fieri executio
q꞉ ꝑꝑ infirmitatẽ ꝓcuratoris vr̃ excuſatus dñs.l.cũ a matribus.
C.q pe.tu.c.ſignificãte.de pig.Tu ꝯclude ꝙ in caſibus in q̃bus
cõtumacia ꝓcuratoris p꞉eiudicat dño: de q̃bus plene ꝑ Bart.in
d.§.ſi ꝓcurator.tunc ſi ꝓcurator infirmat̃ vel impeditus potuit
aliũ ſubſtituere ⁊ nõ fecit: p꞉eiudicat dño q fuit in culpa taleȝ eli
gẽdo.d.§.ſi tutores.in fi.⁊ in terminis no.Ang.in.l.ſi inſulã.⁊
ibi ſequit̃ Imo.in vlti.col.de ver.obl.¶ Nõ ob.d.l.cũ a matri
bus.q꞉ ibi nũcius nõ potuit ſubſtituere q꞉ fuit interfectus.ideo
nec dñs nec nũcius fuit in culpa.Ad qđ etiã vide que not.bart.⁊
doc.in.l.cũ filio.§.in hac.de ver.ob.in fi.ſed in.q.Inn.[a] ꝓxime
tacta ꝯtumacia ꝓcuratoris nõ nocet dño quo ad expẽſas vt fuit
ſ.cõcluſum.ideo ſi ꝑꝑ infirmitatẽ non ſubſtituit: lȝ potuerit dño
nõ p꞉eiudicat.¶†Itẽ ꝓ intellectu huius.l.quero ſi ꝯ ver̃ ꝓcura
torẽ agat̃ ꝓ executione ſñie late ꝯ eũ ⁊ ipſe exceptionẽ non oppo
nat.an ꝓcedat iudiciũ executiuũ ꝯ eũ dicã.j.ea.l.§.ſi ex cõuẽtio
ne.vbi Imo.cogitãdũ relĩq̃t.¶†Itẽ q꞉ hic dr̃ in tex.de ſñia la
ta ꝯ ꝓcuratorẽ in rem ſuã ꝙ dȝ executioni mãdari ꝯ eũ: vtrũ poſ
ſit etiã executioni mãdari ꝯ dñȝ puta ꝯ vẽditorẽ hereditatis vel
ſimilẽ.doc.hic nõ tãgũt.ſȝ Raph.in.l.ſepe.j.e. dicit ꝙ ſinglr̃ in
l.i.in fi.C.vbi in rẽ act.tenuit ꝙ ſic motus ꝑ text.in.d.l.ſepe.j.e.
vbi ſñia lata ꝯ vẽditorẽ in cã euictionis nocet emptori ⁊ vẽditor
ibi in cã euictionis cenſet̃ eſſe ꝓcurator in rẽ ſuã.⁊ dicit Raph.ẽt
in.d.l.ſepe.ꝙ bar.ibi in.ij.q.in fi.vr̃ idẽ ſentire.⁊ alle.no.ꝑ In
no.in.c.ꝓpoſuit.de ꝯceſ.p꞉ebẽ.ꝙ itelligo eſſe ver̃ itelligẽdo vt
loq̃t̃.d.l.ſepe.vȝ ꝙ ſciẽte ⁊ patiẽte dño lata fuit ſñia ꝯ ꝓcuratorẽ
in rem ſuã.⁊ iſtud vr̃ tenere Ant.de but.in.c.q̃uis.℣.tertius ca
ſus.extra.e.in pe.col.¶†Itẽ queſiuit hic Bart.videtis ꝙ ſñia
lata ꝯ actorẽ vniuerſitatis dȝ executioni mãdari ꝯ ipſam vniuer
ſitatẽ ſeu villã: qđ ſi vniuerſitas ville nõ hȝ burſam cõem ex qua
poſſit ſoluere cõdẽnationẽ qũo fiet.dicit ipſe ꝙ villa cogeret im
ponere collectã ⁊ de eius exactione ſoluere.alle.no.ꝑ glo.in.l.i.
§.qđ ſi nemo.ſ.qđ cuiuſqȝ vniuer.no.⁊ no.Spe. in ti.de execu.
ſen.§.ſequit̃.ver.qđ ſi vniuerſitatis.alle.etiaȝ in argumẽtũ.l.iij.
in prin.ſ.d ali.⁊ cib.leg.nã quẽadmodũ ibi tex.dicit ꝙ ſi plures
ſunt heredes inſtituti ⁊ relicta ſunt alimenta libertis ſi liberti ha
berẽt petere ratã alimẽtoꝝ ab vnoquoqȝ herede eſſet valde in
cõmodũ libertis.ideo cogant̃ heredes diuidere inter ſe. ⁊ ita in
ꝓpoſito nõ dȝ grauari creditor hereditatis vt ab vnoquoqȝ ha
beat exigere.ſed coget̃ vniuerſitas facere collectã ⁊c.¶†Et iu
xta hoc querit Ang.an villa ipſa poſſit ſibi hãc collectã impone
re an hoc ſpectet ad ſuꝑiorẽ ⁊ vr̃ ꝙ ſpectet ad ſuꝑiorẽ ꝙ vr̃ eſſe de
regalibus.c.i.que ſint rega.tñ dicit Ang.de facto hic.q.padue
habuiſſe ⁊ obtinuiſſe ꝙ ſibiipſi poſſit collectã imponere.alle. gl.
in auc.q.mod.nat.effi.ſui.§.ſi q̃s igit̃.in ver.ꝑſoluat.Sȝ Imo.
hic dicit ꝙ illa gl.ſi bene põderet̃ nõ intẽdit hoc decidere.ſed vr̃
ſolũ velle ꝙ illa in collectis debeat cõtribuere cũ caſtro vel ciuita
te cui ſubijcit̃.⁊ fortaſſe ſm Imo. dici põt ꝙ vbi imponit̃ colle
cta ex cã legitima.puta ꝑꝑ vtilitatẽ vniuerſitatis poſſit ipſa ſibiipſi
eã imponere ꝑ no.in.d.§.qđ ſi nemo.ſed ſi ex cã volũtaria nõ ꝑ
d.c.i.que ſint regalia.Puto melius eſſe tenere cũ bar.intelligẽ
do vt ibi melius declarat Bart.in.l.i.de ſuꝑindicto.lib.x. ⁊ ſm
bar.in.l.i.C.de mulie.⁊ in quo loco eodẽ lib.in.iiij.col.℣.venio
ad ſcõm.vbi dicit cõcludit ꝙ aut collecta imponit̃ ꝓ neceſſitati
bus ville.⁊ tũc villa põt ſibiipſi collectã imponere. vt.d.§.ſi ne
mo.ſed vbi ꝓ donãdo p꞉incipi vel vtilitate publica totius impe
rij collecta imponit̃ nõ põt villa ſibiipſi eã imponere,ſed ſpectat
ad ſuꝑiorẽ ſeu villa hȝ facere cũ licẽtia ſuꝑioris.d.l.i.C.de ſuꝑin
dic.⁊.l.pl꞉.C.de excu.mune.li.x.⁊ no.ꝑ bar.in.d.§.qđ ſi nemo.
⁊ ibi etiã Bal.⁊ Bar.in.d.l.iij.de ali.⁊ cib.le.⁊ ꝑ Inn.in.c.gra
uẽ.de ſen.excõ.⁊ ꝑ bal.in.l.etiã.in.iij.col.C.de execu.rei iudi.⁊
14 ꝑ Ang.in.d.§.ſi q̃s igit̃.¶†Itẽ querit Bar. an ꝓ muneribus
patrimonialibus ꝑ que impoſita eſt collecta poſſint particulares
hoĩes in ſolidũ capi.⁊ reſpõdet ꝙ nõ.ſed q̃libet pro parte ſua vt
hic per eũ.illi tñ q̃bus dat̃ onus exigẽdi collectã ſi fuerint negli
gẽtes poſſunt capi.q꞉ eoꝝ ꝑiculo cõmittit̃.vt ingt tex.in.l.i.C.ſi
iure pat.⁊ ipſi poſtea exigẽt ab alijs.pro quo bonus tex.in.l.miſ
ſi opinatores.C.de exac.trib.li.x.⁊ cũ Bart.tranſit Angel.hic.
15 ¶†Querit ſucceſſiue Bart.an collecta imponat̃ vniuerſitati ꝑ
ſolidũ ⁊ libram.i.pro facultate patrimonij cuiuſlibet.an ꝑ capi
ta ꝑſonaꝝ.cuius dictis adde gl.in.l.ſancimus.la.i.in ver.ꝑequa
tio.C.de aduo.diuer.iud.⁊ gl.⁊ ibi plenius Bar.in.l.i.§.diſcre
tiones.C.de apo.pub.li.x.⁊ latius Bar. in.l.i.in.iiij.col. C.de
mulie.⁊ in quo loco.ubi limitat hic dicta ꝑ eundem in.l.ij.⁊ ibi
bonus tex.C.de imu.ne cõce.li.x.in.l.fi.circa vltimã col.j.de col
le.illici.⁊ Bal.in.l.ciuitas.ſ.ſi cer.pet.⁊ in.l.i.§.q̃bus.ſ.qđ cu
iuſqȝ vni.no.⁊ in.l.oĩ.C.de vectiga.⁊ cõmiſ.⁊ in.l.etiã.in pe.co
16 lũ.cũ ſeq.C.de execu.rei iu.¶†Ubi in materia ponit plura no
tabilia ⁊ inter cetera ponit que bona debeant in eſtimatione fa
cultatum computari ad finem exhibendi collectam per ſolidum
⁊ libram uel pro facultate patrimonij.de quo pulchre per Bar
to.in.l.priuate.alĩs in.l.prima. C.de excu. mune.lib.x. ⁊ in.d.l.
i.C.de mulie.⁊ in quo loco.⁊ in.l.lucius.§.idem reſpond.j.ad
municip.⁊ Specu.in titu.de cenſi.§.ij.in ver.fina.⁊ Bald.om
nino in.l.ad inſtructionem.C.de ſacro ſan.eccl.et in.l.cenſuras.
17 C.de dona.¶†Quid ſi ſtatutum dicit collectam eſſe imponen
dam uniuerſitati pro rata.dic ut per Bal.in auc.defuncto.C.ad
tertul.ubi no.loquitur ⁊ incidenter dicit ꝙ pauperes quoꝝ indu
ſtria neceſſaria eſt ad alimenta nõ dñt concurrere ad onus impo
ſite collecte.alle.glo.in.l.omnes.in gl.fi.C.de anno.⁊ tribu.lib.
18 x.et idẽ dicit Bal.in.d.l.etiã.¶†Querit etiã hic bar.an ꝓ dere
licto uniuerſitatis in qua poſita eſt collecta poſſit aliquis de uni
uerſitate capi.dic ut hic ꝑ eũ cũ quo cõcordat Bald.in.d.§.qui
19 bus.et in.d.l.etiã.et ang.¶†Tãgit inſuꝑ Bart.hic qđ ſi unus
de uniuerſitate non poteſt ſoluere partẽ ſuaȝ collecte.an alij ſubi
re debeãt hoc onus.et decidit ꝙ ſic per.l.i.C.de omni agro de
ſer.li.x.Tu plenius et perfectius dic ut per Barto.in.l.ij.C.de
apo.pu.li.x.et p꞉edictis nõ ob.l.fi.§.mixta.et qđ ibi Bart.j.de
mune.et one.q꞉ uer̃ eſt ꝙ ubi a lege uel ſtatuto iniunctum eſſet
minus uel officium aliq̃bus exigẽdi collectas uel munera cum
hoc ꝙ periculũ nõ ualẽtium ſoluere ſpectet ad eos.tunc ipſi non
uniuerſitas tenetur ad partẽ nõ ualentium ſoluere.ita vr̃ ꝓbari
in.d.§.mixta.et de hoc articulo tetigit aliq̃d Bar.in.l.legatoꝝ
20 ſ.de leg.ij.Et ſimiliter ſi ſtatutum diceret ꝙ comitatenſes teneã
tur ſoluere ſalariũ poteſtati.et una uilla ꝑ priuilegium ſit exẽpta
a tali onere an tenebunt̃ ad integrum ſalarium.tex.eſt per quem
ibi notabiliter decidit bar.et ang.ꝙ ſic in.l.ab omnibus.in prin
ci.ſ.de leg.i.et ſequitur Pet.de anch.in.d.c.preſenti.de cenſi.
Cõtrarium ur̃ tenere Spe.in ti.de cẽſi.§.ij.uer.quid ſi uniuerſi
tas.et Jo.an.in.c.peruenit.de immu.eccle.et Gui.de cu.et ro.
in.l.ſi unus.§.ſed et ſi gñaliter.ſ.de pact.potes cõcordare opi.
ut per Innoc.in.d.l.ab oĩbus.et diffuſe tangit.D.Abbas poſt
21 D.Card.in.c.accedentes.de p꞉eſcrip.et bal.in.d.l.etiã.in ulti.
b colũ.¶†Poſtremo querit bartol.an ſyndicus[b] uniuerſitatis

a ¶ Nõe Inno. Et circa iſtum paſſuȝ an ⁊ qñ ꝯtumacia vel factũ aut negli gẽtia ꝓcurato ris nocet dño. vide ea q bar ꝑ bal.ſaly. do. pau.⁊ raph.ful go.in.l. cũ qui reo agit hẽ dñi C.de ꝓcu.ant⁊ Fran.

b ¶ Sidicus. aduerte q꞉ lĩre numero.ꝓlꝫ.

ſi conſtat.ſ.cõ.predio. Uel ſm Bal.in.d.l.ij.illa glo.põt pro/
cedere qñ vniuerſitas vellet obligare ſingulares ꝑ ſcõ ꝙ nõ erat
principaliter vniuerſitatis ſʒ ſingularis ꝑſone vt qꝛ vniuerſitas
fideiuſſerat pro ſingulari ꝑſona.nam tũc nõ põt obligare ſingu
lares hoies ſecus ſi pro debito ɔcernẽte ſcm̃ publicũ vniuerſi/
tatis qꝛ tũc ꝓcederet ꝙ no. Bar.hic.ꝛ ſic Bal.ibi limitat illud
qđ Bar.hic.ꝛ de verbis Bar.facit mentionẽ. Uel poteſtis rñ/
dere ad illã glo.ꝙ ꝓcedit in vniuerſitate que nõ hñet ptãtem.l.
cõdende. Jſtis addatis no.ꝑ Bal.in.l.cũ de cõſuetudine.ſ.de
lega.vbi querit an cõitas poſſit noie ſingu.facere ſindicũ qui re
nunciet appellatiõi dicit videndũ eſſe id qđ dicit Bar.hic.ꝛ relĩ
quit cogitandũ ſed deciſio vr̃ pendere ex his que dixi.ſ.in pro
25 xi.precedẽ.q. ¶ †Jtẽ inquãtuʒ Bar.hic in fi.dicit ꝙ ſi in inſtro
dr̃ ꝙ ſindicus obligat bona vniuerſitatis ꝛ ſingulariũ intelligũ
tur bona inſolidũ obligata. Addatis ꝙ cum Bart.vr̃ tranſire
Bal.in.d.l.i.§.qbus.in.iij.col.ſ.ꝙ cuiuſ.vni.dum ſe remittit
ad no.per Bar.hic. Tamẽ hec ſua deciſio ſatis mihi dubia eſt
duʒ alleg.l.aliena.ſ.de pig.ac.qꝛ ille tex.nõ vr̃ hoc ꝓbare.imo
vr̃ ꝙ nõ intelligant obligata bona inſolidũ ſed queadmodum
in obligatione principali ꝑſonaꝝ intelligũtur viriliter obliga/
ta ita in obligatiõe bonoꝝ ꝓ hoc vr̃ tex.in.l.ſi fundus.§.ſi duo.
ſ.de pig.vbi tex.dicit ꝙ ſi duobus creditoribus ſeꝑatim vnus
obligat bona ſua intelligit obligaſſe vnicuiqʒ inſolidũ: ſed iſta
obligatio eſt facta ſimul: ergo nõ vr̃ obligaſſe inſolidũ.ꝓ hoc ẽt
facit obligatio acceſſoria que imutat nãm ſui ꝑncipalis.d.§.q
iniuriaꝝ.c.eccleſia.vt lit.pẽ.ſed Bar.fatet ꝙ obligatio ꝑncipa
lis nõ intelligit inſolidũ ergo nec obligatio bonoꝝ. Tamen qꝛ
maxima eſt auctoritas bar.quẽ neminẽ inuenio improbare: nõ
eſſet niſi quoddam temerariũ velle tenere in ɔtrium.ideo tenea
tis perpetuo menti deciſionem Barto.

1 Condemnatus ſoluere per ſententiam cogitur preciſe ſoluere:
nec euitat exactionem ſi paratus eſt ſatiſdare de ſoluẽdo niſi ex
magna cauſa.
2 Condemnatus ad reddendum rationem adminiſtrationis: ꝛ
conſignationem reliquorum: ꝛ rationes ſint intricate.nam tũc
condemnatus.
3 Satiſdare ſi quis tenetur anteꝗ̃ acceptet aliquod officiũ ex for
ma ſtatuti.ſi eſt idoneus facultatibus ſtabitur ſue cautioni cuʒ
hypotheca bonorum ſine fideiuſſore.
4 Fideiuſſor in caſu in quo eſt offerendus per debitorem: ſufficit
quod offerat coram iudice ſe incontinenti exhibere fideiuſſorẽ.

1 **Ait pretor.** †Damnatus ſoluere per ſniam co/
gitur preciſe ſoluere: nec euitat co/
actionem ſi paratus eſt ſatiſdare de ſoluendo niſi ex magna cã.
2 h.d. ¶ No. vitãdũ eẽ ꝙ oblĩones ex oblĩoibus oriant. ¶ †Et li
mitat iſte tex.hic ſm Ang.no.nõ ꝓcedere vbi debitũ nõ eẽt liq
dum exẽplũ in eo q eſt dãnatus ad reddẽdũ rõnẽ adminiſtratõis
ꝛ ad ɔſignationẽ reliquoꝝ: ꝛ rõnes ſunt intricate: nã tunc ſatis
erit ꝙ cõpareat ɔdẽnatus ꝛ dicat aſſero me debitorẽ in vno de
nario dicte adminiſtrationis: ecce illũ ſi liquebit me plus debere:
ecce exhibeo actualr̃ fideiuſſores ꝓ reſiduo. Ad h dicit eſſe tex.
ſing.ſʒ Dy.in.l.ſtatuliber.ſ.de ſta.lib.ꝓ quo alle.Ang.ſimilẽ
eſſe tex.in.l.ſeruus ſi heredi.§.fina.eo.tit. Adde Ang.ꝛ Jmo
lã eandẽ praticã ponẽtes in.l.pretor.§.ſi qs paratus.ſ.de ope.
no.nũ.ꝛ in.l.ſi mora.ſ.ſo.ma.ꝛ in.l.ſi inſulã.in.vij.fallẽtia vlti
me regule.de ṽ.ob. Sed iſtud intellige verũ eſſe ſi debitor eẽt
inops aut ſuſpectus alr̃s aũt vr̃ ꝙ vbi debitũ nõ eẽt liqdũ ſuffici
at ſola ṽbalis oblĩo abſqʒ exhibitiõe fideiuſſoris.l.ſi reſiduũ.ꝛ
ꝙ ibi glo.C.de diſtra.pig.ꝛ no.glo.ij.in.l.obſignationẽ.C.de
ſol.clarius Bar.in.l.fi.ad fi.ff.de diſtra.pig.ꝛ qđ tũc nõ reqra
tur fideiuſſoris preſtatio qñ debitor eſt idoneus facultatibus.
3 ꝓbat in.l.quicũqʒ.C.de fun.pa.li.xj. †per quẽ tex.ibi dicit no.
Bar.ꝙ vbi ex forma ſtatuti qs tenet ſatiſdare anteꝗ̃ acceptet
aliquod officiũ ꝙ ſi eſt idoneus facultatibus ſtabit ſoli cautiõi
ſue cum hypotheca bonoꝝ abſqʒ fideiuſſore: ad ideʒ eſt text.in
l.de creationibus.ibi ita vt ſi quidem ꝛc.C.de epiſ.audien.ꝛ in
l.ſciendũ.in prin.ſ.qui ſatiſda.cogã. Nõ ob.tex.in.d.l.ſtatuli/
ber.qꝛ loqtur in ſeruo qui nihil propriũ habere põt ꝛ hoc not.
4 vt ſcias praticare: qꝛ hoc ſcriptum nõ reperio. †Secũdo limita
deciſionẽ Ang.ꝙ in caſu in quo reqreret realis obligatio fide/
iuſſoris ꝙ nihilominus ſufficeret ſi debitor coram iudice dicat
offero me paratũ incõtinenti exhibere fideiuſſorẽ: ita no.voluit

Jmo.

Jmo.in.l.ſi dubitet.in prin.ſ.de fideiuſ.alle.in arg.l.ſi is a quo ff.vt in poſ.leg.pro quo facit:q2 mora modici tp̄is non ↄſideraſ l.ſi in lege.§.colonus.in ſi.ff.loca.⁊ in.l.⁊ ſi poſt tres.cum ſi.ff.ſi quis cau.

1 Priuilegium executiuum ſentẽtie non tranſit in obligatione nouante.⁊ in dubio nouatio non preſumitur per adiectionẽ pignorum vel fideiuſſoꝝ.

2 Ad augmentũ inducta non debent operari diminutionem.

3 Debitor licet dederit pignora vel fideiuſſores actori:tñ poteſt fieri executio in alijs bonis:ſi non eſt ſoluendo ⁊ etiã in perſona qñ captura eſſet permiſſa.

4 Condemnatus ad ſoluendum non liberaſ dando fideiuſſores.

5 Electio in alternatiuis eſt dare debentis.limita vt hic.

6 Nouatio an fiat quando ſecunda ſtipulatio continet minus q̃ prima.

7 Nouatio non preſumitur ſi dico promitto tibi ſtichum ex cauſa emptionis : ⁊ ſi eum non dedero promitto centum nomine pene.

8 Fideiuſſores dedit ticius de iudicio ſiſti ⁊ iud. ſol. poſtea iterato dedit alios fideiuſſores : an primi ſint liberati quaſi facta nouatione.

9 Nouatio vbi olim fiebat iure digeſtorum : fit etiam hodie ope exceptionis.

10 Nouatio an ⁊ qñ ſit inducta qñ ſecunda ſtipulatio ↄtinet plus vel minus q̃ prima.

11 Executio ſententie licet non fiat contra procuratorem qui ſe liti non obtulit:tamen videtur q directa actio iudicati competat contra eum.

1 **Si ex cõuentione.** †Priuilegiũ executiuũ ſñie nõ trãſit in obligatiõe nouãte. Et in dubio nouatio nõ p̄ſumiſ p adiectionẽ pignorũ vel fideiuſſoꝝ.h.d. ¶ Jn tex.ibi rẽ iudicatã:ſ.ↄ debitorẽ principalẽ:vt ſic ↄueniat ꝟ.idẽ obſeruãdũ. ¶ Jn tex.ibi cautũ ſit ſub

2 eundi de ſoluẽdo eo qđ iudicatũ fuerat ſm Ja. de are. ¶ †Jn tex. ibi ſ3 ſi pignora data. No.q inducta ad augmẽtũ nõ dñt diminutionẽ opari:q2 p̄ſtaſ hic fideiuſſor ⁊ pignora vt magis ſit cautũ creditori. Ad idẽ.l.ſi mãcipia.ff.de fun.inſtru.facit.l.qđ fauore.C.de leg.⁊.l.nulla.ff.e.ti.⁊ idẽ eſt ↄ.l.cũ tale.§.ſi. C.de ↄdi.

5 ⁊ demõ.l.legata inutilr cũ ſi.ff.de leg.i.⁊ ſic habes text. hic.†qđ q̃q̃ actor fideiuſſorẽ vel pignora in executione ſñie recipiat:non tñ phibeſ ↄ debitorẽ nõ ſoluẽtẽ executionẽ facere in alijs rebus:

4 vel in pſona debitoris qñ captura [a] pſone de iure municipali vel de iure cõi pmiſſa eſſet q qñ ſit dicã poſt doc.in.l.a diuo pio. §.in vẽditione.ſ.e.⁊ ad hoc vide pulchre no.p bar.in.l.ↄſentaneũ.in vlt.col.C.quõ ⁊ qñ iu.dũ ad hoc allegat in arg.tex.in.l.i.§. qđ ſi nõ rñdeat.ff.de vẽ.inſpi.⁊ ẽt bonũ tex.in.c.qm̃.ad ſi.vt lit.nõ cõteſt.⁊ in.l.q legati.⁊ qđ ibi plene bal.C.vt in poſ.leg.⁊ no. arch. in ru.de eo q mit.in poſ.cã rei ſer.lib.vj.⁊ p bal.in.l.i.§.ſi.ff. qđ qſq3 iur.facit qđ in ſi.no.Dy.⁊ bar.in.l.heres a debitore.§.qđ ſi ſtipulatus.de fideiuſ. ¶ Querit bar. hic q̃ potuit eſſe rõ huius §.ſi ex ↄuẽtione.ſ.q qñ ↄuẽtio poſt ſñiam eſt facta aio nouandi q talis ↄuẽtio nõ h3 puilegiũ qđ h3 ipſa ſñia nouata. Rñdet bar to.q ad hoc vt ipſa diſpõ hẽat executionẽ paratã reqriſ debitũ eſſe liqdũ:⁊ qđ iudicis offm̃ ſe ad hoc extẽdat ſicut facit in ſñia ⁊ cõfeſſione facta in iudicio ⁊ iuramẽto delato ⁊ preſtito iudice auctoritãte.vt.l.poſt rẽ.ſ.e.⁊.l.ij.ff. de iureiur. ſ3 qñ factũ eſt inſtrm iſtius noue cõfeſſionis q̃uis debitũ ſit liqdũ p inſtrm.tñ iudicis offm̃ ad executionẽ nõ ſe extẽdit q̃ eſt ſcm̃ extraiudiciale: iõ iudicis offm̃ ſe ad hoc nõ extẽdit.l.ij.C.đ execu.rei iu. ¶ Ex hoc tex. ẽt no.q pncipale nõ extinguiſ ab acceſſorio:ſicut nec cõfirmaſ.

4 vt.l.ex pupillari.đ vul.⁊ pup. ¶ †Jtẽ no.q cõdẽnatus vt ſoluat nõ liberaſ dãdo fideiuſſores. vt hic.⁊.ff.§.px.qđ facit ad.q.no. de q̃ p bar.in.l.itẽ liberaſ.§.q paratus.ff.q.mo. pig. vel hypo. ſol.ſ.q ſi ſtatutũ dicat ſi qs cõdẽnatus fuerit de crĩe in pena pecuniaria ⁊ eã nõ ſoluerit vel ſoluere nõ potuerit ãputeſ ſibi pes. an tũc dãdo fideiuſſorẽ libereſ ab amputatione pedis:quã.q.relingt indeciſã3 bar.in.l.nemo dubitat.ff.de fideiuſ. ⁊ vid p eũdẽ bar.in.l.i.ſ.de cuſto.reo.⁊ l3 bar.in.d.locis videaſ ſibi aliq̃tulũ ↄtiari.tñ nõ recedas ab opi.quã firmat in.d.l.itẽ.cũ qua ↄcordat bal.in.l.ſolutionis.ſ.de ſo.⁊ in.l.i.ff.q ſatiſda.cog.vide plene p

5 bar.in.d.l.ſolutiõis.ſ.đ ſo. ¶ †Ultio no.ex tex.i ꝟ.qppe.ad.q. no.quã formauit Guil.de cu.⁊ bar.i.l.q̃uis.in pu.ff.đ pig.act.

⁊ ibi querũt pmiſiſti mihi ſoluere in paſchate vel dare fideiuſſo-

b rẽ [b] vel dare pignus:volo te cogere i paſchate ad dãdũ.x. tu ꝟo vis dare pignus ſeu fideiuſſorẽ.q̃riſ qđ iuris videbaſ q nõ poſſe3 te cogere.q2 obligatio fuit alternatiua.ergo electio d3 eſſe debitoris.l.plerũq3.in ſi.ff.de iure do.c.in alternatiuis.de reg.iu. li.vj.Cõtrariũ decidũt ipſi p.d.l.q̃uis.in pñ.vbi illud qđ fuerat inductũ in fauorẽ ⁊ cautelã creditoris nõ d3 redũdare in odiũ ⁊c. ⁊ eſt tex.hic.Facit tex.in.l.ſi cũm.§.puellã.ff.de manu. Nõ ob. q in alternatiuis ⁊c. Qr rñde vt pbaſ in.l.q̃uis.⁊ p bar.in.l.cũ pponas.C.de trãſac.vt rñdẽt prefati doc.in.d.l.q̃uis.hoc eſſe vex qñ alternatiua poniſ inter duo:quoꝝ qđlib3 eſt in obligatione ⁊ ſolutione:ſ3 in.q.predicta vnũ eſt in obligatione:aliud opponiſ ad cautelã creditoris. ⁊ ita limitaſ regula que h3 q in al-

6 ternatiuis electio eſt dare debẽtis. ¶ †Jn gl.i.ꝟ. nouatio ibi q erat olim preſumptiue.hoc plenius declara vt p bar.in.l. q vſufructũ.ſ.de ꝟ.ob.⁊ in.l.pe.ſ.de preto.ſtip.Qr.§.preterea. alle. in gl.dũ refert ius auctẽticũ intelligiſ de quadã iuris prudẽtia q̃ fuit añ iura.ffoꝝ.de iure eni3 ffoꝝ.ſi ſcđa ſtipulatio ↄtinebat minus vel tantũdẽ q̃tũ prima nõ fiebat nouatio. ſecus ſi ↄtinebat plus.vt.l.ſcire debemus.in prin.⁊.d.l.q vſufructũ.ſ.de ꝟ.obli. ſm qđ latius tãgiſ p bar.in.d.locis:hodie aũt nõ fit nouatio niſi expreſſe dicaſ.d.l.ſi.C.de dona.S3 quare hic in tex.nõ fit nouatio in dubio poſtq̃ olim fiebat nouatio.rñdeo q2 de iure ffoꝝ. p ſcđam ſtipulationẽ nouabaſ precedẽs diſpoſitio.ſi ẽt ↄtinebat pluſq̃ prima.⁊ erat eque principalis.p.d.l. q vſufructũ. ⁊.d.l.ſi pupillus.§.q actũ.ſ.de noua.ſecus ſi ſcđa nõ erat eque principalis.ſ3 ſolũ ↄtinebat aliqđ acceſſoriũ p qđ ẽt in pma obligatione erat magis cautũ.vt q2 in ſcđa diſpoſitione tñmodo preſtabaſ pignus.aut fideiuſſor.hic eſt caſus no.in hoc.§. limitãs.d.

7 l.q vſufructũ. ¶ †Hoc ẽt addit bart.q2 videmus q ſi ſit ſtipulatio penalis que non eſt coequalis cũ prima nõ preſumiſ nouare vt pmitto tibi ſtichũ ex cã emptionis.⁊ ſi eũ nõ dedero pmitto cẽtũ noie pene nõ dedi ſtichũ an ſit extincta obligatio pncipalis ad ſtichũ.Bar.dicit q nõ ſaltẽ qñ debebaſ ſtichus ex cã onероſa.ita pbaſ ſm opi.Bar.⁊ alios in.l.predia.ff.de act.emp.⁊ in l.ſi qs a ſocio.ff.p ſocio.vbi aũt principalis obligatio fuiſſet ex cã lucratiua.tunc dicit tex.in.l.obligationũ fere.§.ſi.ſ.de acti.⁊ obli.quaſi nouatio fit nõ eſt pprie nouatio.ſed dicit quaſi etiã ſi actor cepit agere ad penã.poterit anteq̃ ſit lis ↄteſt.ſup pena offerre ſtichũ ⁊ euitare penã.vt eſt tex.in.l.i.ſ.de pe.le. ⁊ ita declarat no.Bar.in.l.ſi inſulã.⁊.l.ita ſtipulatus.in prima oppo.vltime partis.de verb.obli.⁊ Cy.in.l.nuda.C.de cõ.⁊ cõmit. ſtip. Et p hec habetis notabilẽ limitationẽ ad regulã.d.l. qui vſufructum.quia non debet intelligi illud quod ibi dicitur quando ſe-

